

possessor majoratus possit transigere super rebus majoratus, ut transactio noceat ceteris successoribus? Et videtur quod sic, quando sit sine dolo & fraude, & super re non liquida nec certa; ita probat textus notabilis & expressus in cap. 1. §. Si Vassallus, el final, ibi: Nam & transigere recte poterit, si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatos Vassalli. text. in cap. 1. de Controvers. inter Vassallum & alium de beneficio, in lib. 2. Feud. quibus probatur, quod licet potest Vassallus transigere super feudo, etiam sine consensu & voluntate domini, ad quem feudum postea deberet pertinere: Ergo ita dicamus in majoratu. Quod tamen videtur intelligendum, quando talis Vassallus feudum dimittit apud alium possessorem; secus verò quando ipse Vassallus possidet, & virtute transactionis vult in alium transferre; quia i primo casu non est alienatio, secundo. verò sic; argumento textus cum materia in leg. Si pro feudo, Cod. de Transact. ita Bald. & communiter Feudist. in dict. §. Si Vassallus. Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium sententiam, imo, quod indistincte nullo modo possit valere transactio in praedictum successorum, qui reperiuntur vocati in constitutione majoratus; quia ille qui non potest alienare, non potest aliquo modo transigere; text. in leg. Non solum, Cod. de Pradiis minorum, cuius verba sunt, non solum per venditionem rustica prædia vel suburbana pupilli vel adolescentis alienari prohibentur, sed nec transactionis ratione, nec obstante prædicta jura: Quia debent intelligi solum in materia feudali, que non debet extendi ad nostrum casum, cum aperte sit diversa ratio, & in hoc sint contra jus communne. Vel aliter & secundum respondeo, quod vallet transactio dimittendo res apud alium in praedictum cedentis & transigentis; nec ex hoc incidit in poenam privationis; quia hoc casu non dicitur alienare; non tamen nocet successoribus ejus: Tradendo verò, nullo modo valet transactio; quia dicitur vera alienatio: Unde, nendum ibi notat Paul. & communiter DD. in leg. A filia, non sit praedictum successoribus, verum etiam eod. tit. & ibi DD. statim in vita possessoris transigentis poterunt. Tertiò notabiliter intellige, & declarare, quod successores vindicare in poenam alienationis; argavatus possit alienare ex causa dotis, vel documento textus juncta Glossa, & communis opinio, quando talis gravatus nione, in leg. Cum pater. §. Libertis. ff. de Legat. 1. de jure teneretur dotare, vel donationem prop-

possessoris conceditur; quia cum hoc ab ipso servitutis jure sit diversum, nec ipsam rem, nec solam concedentis sequatur personam, juxta leg. fin. §. Lucius, ubi Bartol. & Salyct. ff. de Contrahend. empt. leg. Pater filia, ff. de Servit. leg. 2. §. Item si in facto, num. 7. de verbis obligat. Boe rijs decisione 66. num. 4. optimè per tempus vitæ suæ concedere potest majoratus possessor in bonis majoratus etiam expressè alienari prohibit; quo etiam casu potest Pinell. & Padill. opinio sustineri; ut tradit latius Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 20. num. 4. & num. 8. cum seqq. alias allegans.

ter nuptias constituere; ut pro filia, vel filio, vel aliis descendantibus: Secus verò est, si non tenetur ut si esset Mater gravata, quae non tenetur de jure dotem vel donationem propter nuptias constituere; & a fortiori frater, vel extraneus; quia tunc non poterit ex his causis alienare; argumento text. in leg. Qui liberos. ff. de Ritu nupt. & in leg. fin. Cod. de Dotis promis. Et in expresso ita probat text. in Authent. res qua, Cod. comm. de Legat. & tenet Petr. de Bellaper. 2. column. Cyn. 1. column. 2. quæst. Bartol. 1. column. num. 3. Faber. 1. column. in fin. Bald. & Salyct. 1. col. quæst. tenet etiam Glossa ordinaria in leg. A filia, in verb. Datum. ff. ad Trebellian. & ibi Bartol. & communiter DD. Unum tamen est, quod in casu quo mater vel frater tenetur dotare, quia pater esset inops; posset prædicta bona subjecta restitutioni ex his causis alienare; ita Bartol. in dict. Authent. res qua, 2. column. num. 3. & ibi alii DD.

Quarto notabiliter intellige & declara, quando filii vel descendantis graventur per ascendentis bona restituere; secus tamen est, si haeres vel legatarius extraneus gravetur bona restituere; quia tunc ex his causis non posset prædicta bona alienare; ita probat text. in dict. Authent. res qua, & in Authent. unde sumitur, & in expresso, ita tenet Bart. in dict. Authent. res qua, 2. column. num. 4. versic. Illud tamen & ibi Odof. 1. column. Salyct. 1. column. 2. quæst. Paul. 1. column. num. 4. tenet etiam Paul. & alii DD. in leg. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. ad Trebellian. tenet etiam Cuman. in leg. Filius fam. §. Divi fin. column. ff. de Legat. 1. Alexand. ibi 4. colum. num. 10. & ista est communis opinio DD.

Quinto notabiliter intellige & declara, ut ne dum possit gravatus ex his causis prædicta bona alienare in vita per contractum inter vivos, verum etiam in articulo mortis per testamentum, vel aliam ultimam voluntatem; quia illud quod ipse gravatus potest propter istas causas deducere, numquam videtur esse in restitutione fideicommissi; argumento text. in dict. leg. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. ad Trebellian. Et ista opinio tamquam vera & communis est tenenda, licet Glossa in dict. Authent. res qua in gloss. 2. vel in fine, vel contrarium; quam sequitur solus Salyct. ibi.

Nonò notabiliter intellige & declara, ut procedat & habeat locum, nedum quando talis descendens sit gravatus restituere in diem, vel sub conditione, verum etiam si pure & simpliciter; per rationem text. in dict. Authentic. res qua, & in expresso ita tenet ibi singul. Bald. 1. column. num. 6. Angel. 2. column. num. 5. Et ista opinio videtur vera & tenenda, licet Jas. reliquiat cogitandum in dict. Authentic. res qua, 7. column. num. 25.

Decimò intellige & declara, ut illud quod ex his causis semel detrahitur de bonis subjectis restitutioni, perpetuo remaneant penes filium vel descendantem cui tradita sunt; taliter quod, soluto matrimonio, vel causa pia cessante, non teneatur restituere fideicommissario; ita singula-

riter tenet Paul. de Cast. in dict. *Authentic.* Res quæ, 2. column. argumento text. in dict. leg. *Mulier.* §. Cùm proponeretur. ff. ad *Trebellian.* & ibi Jas. 1. column. vers. 16. & ultim. *Corneus* 2. col. num. 2. tenet Paul. de Cast. in leg. *A filia final.* quæst. ff. ad *Trebellian.* Confirmatur ex sententia *Fabri.* & communī, in §. Idem est si quis, insit. de action. fin. column. & quæst. ubi tenet, quod illud quod est relictum pro alimentis, in casibus in quibus debitor habet privilegium ne conveniatur ultra quam facere potest, remanet sibi perpetuo, & non tenetur restituere creditori.

Si vero bona expressè sunt prohibita alienari in ultima voluntate favore alicuius personæ, cui debet fieri restitutio, vel ex causa; taliter quod prohibitio valeat & teneat, ut plenè suprà dictum est: tunc maximum dubium est, an possit alienari propter dotem, vel donationem propter nuptias, vel aliam causam similem piam? Et videtur quod sic, quia eadem est ratio: Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in leg. *Filiusfamilias.* §. Divi. ff. de Legat. 1. 3. column. num. 10. & ibi *Alexand.* 4. column. num. 10. Joan. de Crot. num. 51. Rip. 15. col. num. 70. Ambros. de Opizonib. num. 34. Cyn. in *Authentic.* Res quæ, Cod. commun. de Legat. 7. column. num. 24. idem Jas. in dict. leg. *Filiusfamilias.* §. Divi. ff. de Legat. 1. 3. column. num. 6. & communiter alii DD. Barbat. qui latius quam alibi eam pro utraque parte tangit in rubric. extra, de rebus Eccles. non alienan. fin. quæst. Palac. Rub. in sua repetition. cap. Per vestras de donation. inter viri. & uxori. 8. fol. 4. column. versic. Et ex ipsis potest inferri, & istam dicit magis communem opinionem Jas. in dict. leg. *Filiusfamilias.* §. Divi. ff. de Legat. 1. 8. column. num. 29. & ibi Joan. Crot. num. 51. & Ferdinand. Loaz. num. 68. versicul. Secundò successivè querit Bartol.

Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imo, quod bona expressè prohibita alienari, non possint alienari, etiam propter dotem, vel aliam similem causam piam. Primò, quia magis afficit expressa prohibitio, quam tacita; argumento text. juncta *Glossa ordinaria.* & eorum quae ibi notantur, in leg. *Cum pater.* §. *Libertis.* ff. de Legat. 2. Secundo, quia nulla lex permittit alienationem, etiam ex causa pia, quando prohibitio alienationis est expressa. Tertiò, quia fortior est prohibitio alienationis facta in ultima voluntate, quam per contractum; quia prohibitio facta in ultima voluntate impedit translationem dominii, quando fit cum causa, vel respectu certæ personæ, ut in leg. *Filiusfamilias.* §. Divi, cum materia. ff. de Legat. 1. & suprà

(b) Generali tamen Hispaniae consuetudine in possessoribus majoratum abrogatam esse decisionem

88 Trigesimoquarto principaliter quero; Si possessor majoratus, vel rei prohibita alienari, de facto alienavit; an sequens successor proximior in gradu possit statim licite & de jure rem alienam vindicare à quocumque possessore? Et breviter & resolutivè dico, quod si talis res expressè est prohibita alienari, ut res majoratus, vel meliorationis, vel alia quæ per disponentem vel concedentem expressè fuit prohibita alienari per contractum vel ultimam voluntatem, eo casu, modo, & forma qua potuit de jure valere prohibitio; tunc talis alienatio est nullius momenti, nec ex ea transfertur dominium, nec aliquod jus in re; imo, statim potest sequens successor proximior in gradu prædictam rem petere & vindicare à quocumque possessore; ita probat text. in leg. *Cum pater.* §. *Libertis.* ff. de Legat. 2. ubi habetur, quod si testator legavit prædium libertis, ea lege & conditione, ut non alienarent, sed relinquatur in familia ipsorum libertorum, & aliqui eorum partes suas alienaverunt; alii qui non alienaverunt, poterunt statim partes alienatas petere & vindicare; & per illum textum ita tenet ibi *Glossa ordinaria* 2. Paul. de Cast. Imol. Raph. Cuman. & communiter DD. tenet etiam Alber. in *Authentic.* Res quæ, Cod. commun. de Legat. 2. column. & illam *Glossam*, juncto text. reputat ad hoc singularem & unicam Paul. de Castr. in leg. *Servo legato.* §. 1. ff. de Legat. 1. Notat etiam & commendat idem Paul. in leg. *Filiusfamilias.* §. Divi. ff. de Legat. 1. 2. column. & ibi communiter alii DD. illam etiam *Glossam* ad hoc reputat singularem Bald. in cap. 1. §. Hoc quoque, 3. column. num. 9. de success. feud. in lib. 1. Feud. tenet etiam Roder. Suar. in allegationibus suis, allegation. 3. penult. column. fol. 131. Nec obstat text. in leg. Nec utili. ff. Ex quibus causis manum. ubi probatur, quod quando quis vendit vel alienat jus quod habet in re; si emptori vel accipienti non potest quæriri, non amittit illud tradens, nec abdicatur á se; quia sub illa conditione tacitè videtur tradere; & ibi ad hoc notat Bartol. Alber. & communiter DD. text. in leg. *Cum quis.* §. Si debitorem. ff. de Solution. & ibi Bartol. & DD. Sed in nostro casu dominium & jus rei non recessit ab alienante, nec sicut quasitum accipienti, cùm alienatio sit ipso jure nulla: Ergo videtur quod ipse tradens repeatet, & non amittat jus suum. Quia respondeo notabiliter, quod illud procederet & esset verum, nisi tradens delinquat veniendo contra expressam voluntatem

nem dict. *Authentic.* Res quæ, ut docet Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 3. in fin. quam consuetudinem Juri esse consonam, ostendit eleganter Pinell. in leg. 1. Cod. de Bonis maternis 3. part. num. 102.

cessivè reperitur vocatus in tali majoratu, melioratione, vel dispositione; textus est notabilis in leg. Cūm pater. §. Hæreditatem, el 1. ff. de prebend. in 6. text. in §. Responsa prudentum. Institut. de Jur. natur. gent. & civil.

Sed his non obstantibus ego teneo contraria sententiam; imò, quod Rex vel Princeps ex plenitudine potestatis non possit concedere talem licentiam & facultatem, nec virtute ejus possit possessor rem majoratus vel subjectam restitutiōnē vendere vel alienare, nec emptor erit securus in iustitia & conscientia. Primo, quia in ipso instanti quo quis constituit majoratum cum licentia & facultate regia, bona sunt effecta in alienabiliā & vinculata, & per consequens fuit jus quæsitus omnibus personis nominatis & vocatis ad majoratum; unde illud jus ab eis non potest auferri sine eorum voluntate, argumento text. in leg. Id quod nostrum. ff. de Regul. jur. text. in leg. fin. ff. de Pact. cum similib. (c) Secundò, quia cùm facultas & licentia regia fuit immediata causa majoratus prohibitionis, & vinculi, ut non possit alienari; sequitur quod, revocata & sublata tali licencia, remanent bona libera, & licite possunt alienari; argumento text. in leg. Nihil tam naturale. ff. de Regulis juris text. in leg. Ab emptione. ff. de Pactis, text. in leg. 1. & 2. Cod. Quando licet ab empt. disc. Secundò, quia quando aliquis actus non potest fieri sine alicuius licentia, ab illo videatur actus recipere firmitatem; argumento text. in leg. Edibus. §. Quod filius familias. ff. de Donat. ubi habetur, quod si filius donet voluntate & licentia patris, illa donatio videtur provenisse ab ipso patre; & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Bart. Paul. & communiter DD. & tradit plenè Bartol. in leg. More majorum. ff. de Juris omn. jud. & 2. column. & ibi communiter. Moderni. Tertiò, quia omnia nostra facimus quibus autoritatem impartimur. text. in versicul. Omnia, Cod. de Veter. jur. enuclean. cuius verba sunt: Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impartietur autoritas, text. in Proamio. Cod. §. Suprà dictis, text.

(c) Vide ea quæ notat Paulus Castrensis consil. 164. num. 16. lib. 2. ubi resolvit, Principem non posse revocare donationem à se factam alicui jure primogeniturae in præjudicium illorum quibus ex ipsa donatione jus acquisitum fuit; cuius dictum sequitur Decius consil. 498. num. 28. idem consil. 4. 18. num. 19. Socin. Junior consil. 108. num. 3. lib. 2. Burg. de Paz in Proamio legum Taur. num. 331. & hanc sententiam tenet Covarrub. lib. 3. resolut. cap. 6. Simanc. in Catholicis institut. titul. 9. num. 269. Menchac. de Success. creat. lib. 1. §. 1. num. 32. Sarmient. lib. 1. select. cap. 8. num. 13. Molin. lib. 4. cap. 3. num. 15. à num. 8. hancque disputat latè Mieres in tractat. majoratus, 4. part. quest. 1. num. 10. plures rationes in hujus sententiae confirmationem adducens.

(d) Qua etiam interveniente, poterit facultatem concedere vendendi bona aliqua majoratus, quod quemadmodum possit, tradit optimè Gregor. in leg. 6. titul. 11. verb. Que la non pudiesse render, p. 6. & 8. column. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 6. Burg. de Paz in Proamio legum Taur. num. 320. & sequent. & num. 325. & 330. Molin. lib. 4. de Primogenit. cap. 3. per totum. Matienz. in leg. 2. tit. 7. lib. 5. gloss. 3. num. 2.

Moderni, in leg. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. de Liber. & posthum. Canonistæ in cap. Quæ in Ecclesiarum, extra, de constitution. & idem disponit lex notabilis partite 2. titul. 1. 2. part. Tertiò facit, quia actus vel contractus semel confirmatus juramento, non potest revocari nec annullari, licet postea sequatur absolutio & relaxatio superioris; sed tantum valet quoad effectum agendi sine pena perjurii, ut dixi & probavi suo proprio loco. Facit etiam hoc notabile fundatum; quia aut Rex vel Princeps concessit prædictam licentiam & facultatem pretio, aut gratis; si pretio, jam transivit in vim contractus, & non potest revocari; argumento text. in leg. Sicut ab initio, Cod. de Action & obligation. & in specie probat text. in leg. Fundi, Cod. de Fundis patrimonialib. lib. 11. Confirmatur; quia Rex vel Princeps ex proprio contractu cum subdito celebrato obligatur civiliter & naturaliter, vel secundum veriorem & magis communem opinionem, saltem obligatur naturaliter, & illa obligatio naturalis est efficax ad agendum; ita probat textus notabilis in cap. 1. extra, de Probation. quem ibi ad hoc notat & commendat Joan. de Andr. Abb. & communiter DD. Tenet etiam Bald. & communis opinio in leg. Princeps. ff. de Legib. Cyn. & alii DD. in leg. Digna vox, Cod. de Legibus: Ergo postquam se obligavit, non potest tollere illud jus jam quæsitus parti. Si vero Rex vel Princeps concessit prædictam licentiam & facultatem gratis, & per viam privilegii; tunc videtur quod possit ad libitum voluntatis ipse Princeps vel successor ejus revocare, etiam si ex tali privilegio sit jus alteri quæsitus; ita probat text. in leg. Qui fundos, Cod. de Omni agro desert. ubi diecitur, quod si quis habet fundum fertile & fructibus abundantem à Rege vel Principe gratis, vel propter aliquam minimam pensionem, cogitur alium fundum sterilem & minus utili suscipere, vel fertili rebus Rex vel Princeps dare vel concedere licentiam nuntiare; & ad hoc notat & commendat ibi vel facultatem alienandi; cùm successoribus qui Bartol. Plat. & commun. DD. Ex quo textu notatur & colligit ibi Platea, quod licet privatus

non possit revocare donationem alteri factam, majoratus, vel prohibita alienari, possint praesencie in ea apponere onus vel aliquod gravamen, scribi tempore ordinario, etiam data bona fide & ut in leg. Perfecta donatio, Cod. de Donat. que sub titulo in praescribebit? Et magistraliter & resmod. cum similib. tamen Rex vel Princeps qui libertate teneo quod non; text. est in leg. Ubi lex aliquam donationem vel libertatem subdito concessit, bene poterit postea onus, gravamen, vel usucacionem, bona fides possidenti nihil prodest; conditionem apponere; idem probat text. in leg. Qui utilia eodem tit. text. in leg. Fundos, de Fundis patrimonial. Et in expresso, ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusio- nem tenet singulariter Bald. in leg. Qui se patris, Cod. Unde liberi, antepenulti. column. idem

(e) Quia prohibita alienatione absolutè absque aliqua modificatione, censetur prohibita usucatio-